



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. II. De causis non sufficientibus ad diuortium, censura tamen iudicis tollendis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

Congregationem respondisse eum casum à Concilio omissum, dispositioniique iuris communis esse reliatum; *Salgado de protect.* p. 2. c. 1. n. 7. ideoque docet ille clausulam tota- que negotio principali interpretatio- nem eam capere, quæ sit iuris. c. *cavam que. X. de rescript.* adeoque iustificato grauamine etiā causam principalem retineri posse: iustifi- catā sententiā, non posse: o. *ut debi- tus de appell.* c. *exhibita. X. de iud.* ita tamen ut si de mente contraria de- legantis Papæ iuxta formam d. c. 20. planè constet, ea excipiatur, ut habet stylus commissionum quæ fiunt in Curia Romana. quando ergo appellatū est dumtaxat ab uno articulo, limitatus producitur effe- ctus, ut in alijs non suspenderatur iuri- dictio; aut fiat vterior delega- tio. totius autem semper causæ transit cognitio, cùm ob Iudicis in definiendo negligentiā recursum est ad superiores post biennium, *iuxta d. c. 20. vide Salgado d. c. 17.*

<sup>12.</sup> *Quid si transactio nō est pro posta, v. litis finita?* Cato um exceptions litis fini- tæ, ut transactionis, iurisurandi, seu alia præjudiciales, quæ litis in- gressum impediunt, c. 1. *Vi lito non contestat.* in 6. si reiectæ sunt in cau- sam principalem, recte appellatur, c. exhibita. X. de iud. & delegato, si grauamen probetur, causa principi- palis committitur. *ibid. in fin.* quod etiamnum hodie admittitur, quia huiusmodi grauamen manet irre- parabile. *vide latè Salgado de protect.* p. 2. c. 18. contingit tamen huius- modi exceptions & altioris esse indaginis; nec explicari facilè posse sine causæ principalis examine: eoquæ vtramque cognitionē con- iungi; ut plenius, planiusque inno- tescat: & ne diuersis iudicijs litigantes distrahanter, & protrahantur morosius causæ, quas canones sacri, etiā Tridentini, velocissimè optant expediti. d. c. 10. f. 25. d. c. o. f. 24.

Sed neque ex transactio- nē actum est, ut præterita litis finitæ, aut iureurando decisæ, quasi actio-

judicati: sed de sauitia aduersus transactio- nē admis- sionem; & per ius- iurandum probanda, in cuius sub- fidium ipsa, pro qua est transactio, & cui deferendum ex ea inramen- tum, aduocat causas ex iure com- munis, ut quæ non possint singula- iuncta iuuent, tam pacta conuen- ta, quam iure præscripta, quo sa- uiendi consuetudo, acerbitas, & correctionis desperatio, simul di- uertendi iustum cum transac- tie causam generent.

## RESPONSVM. II.

*De causis non sufficientibus ad diuortium, censurata- men iudicis tollendis.*

**C**ommunem omnium tribu- naliū praxim oppugnat, qui, dum Iudex partes coram adesse iussit, negat eius se imperio teneti, aduersare etiā titulo D. in iuricati, vi eant, & si quis in ius vocatus non iurit. D. si quis ius dicenti non obtemper. l. 5. *de iudic.* posse autem iubere, ut personaliter compareat, liquet ex c. pastoral. X. de iudic. c. 1. de iud. in 6. verf. n. 1. *l. gener aliter C. de iure in iud.* l. vlt. C. de procur. verb. *Iudicū vocata auctoritas. clem. sape verb. interrogat etiam partes de verb. signif. c. prædicti de test. in 6. verb. sufficienter fauad in iuicem respondere.* V. sup. resp. 1. de iudic. præterim in causa matrimoniali, in qua id statutine statuta prouinc. Mech. de modo processandi, c. 13. atq; imprimis in controversia sauitia coniugalis, æquū est respon- derem plenius de modo formand, recōciliationis quærenti, dum ipse appellatus propugnat prioris in- stantiae iudicium, in qua partu viri que est iussa personaliter respon- dere, & secundæ instantie iudex ad d. articulum tantum plenior responsum exigit, idemque decretum tertiae instantie iu- dex confirmavit. quidni ergo personaliter residuum partem ex- pleat, qui in priori iudicio quaf- toti

toti satifficit? dum pars à toto, & probant. iudicium h̄c de moribus non est sublatum. quamvis enim mortalit̄ non fuerit s̄enitia, adeo-  
que diuortio non sufficerit; suffi-  
cit tamen ad exigendum imposte-  
rum securitatis non tantum; sed ad amicē etiam coniugalifque ve-  
rē coniunctionis promissum: si

<sup>2.</sup> Pr̄fertim in causa matrimoniali & te-  
vittae.  
tum reperire  
quam illa supplex ad thalamum illus redeat. l. si cum. dotem. §. Sin autem. D. solut. mat. confirmata est enim, & in rem iudicatam abijt secundi iudicis sententia, non tantum quā petitio diuortij reiecta est; sed & quā ad illum articulum iniuncta plenior responsio; ante quam declarauit iudex sibi de redintegratione thalami non esse sta-  
tuendum.

Cur enim? ne coniuges tan-  
quam canes ad vomitum reuertan-  
tur, ne momento vno litium, iur-  
giorum, pugnarum causa offensi-  
nium animi ad ea transfire co-  
gantur, quæ sunt summi amoris,  
ab unoquoque extremo ad aliud sine  
medio; à terra in teatū sine gradibus. neque enim nihil medium est  
inter iustas diuortij causas, & re-  
conciliationem.

Summa & ineuitabiliter mor-  
tifica s̄enitia omnimodo diuor-  
tium admittit: alia granis, cui tam-  
en caueri potest, repellitur me-  
diante fide-iussoria cautione; quā  
Tuscus v. vxor. conc. 402. ex Baldo  
conf. 176. in fin. vers. concludamus. l.  
1. conf. 240. l. 3. semper exigit,  
quando vxor diuertit, siue iustæ  
fuerint cauæ, siue non: & ex om-  
nibus animum suum informare  
debet iudex. ibidem. quid si hic iu-  
dex nec iuratoriam quidem cau-  
tionem exacturus sit, sed promis-  
sum tantum de non s̄eniendo, iur-  
gando assiduō, vel pugnando, cen-  
suram morum interpositurus, ac  
vtrumque coniugem culparum  
suarum monitus, ex earumque  
correctione conciliaturus?

Peccatum enim vtrimeque es-  
se acta primæ instantiæ plus fatis

3.  
Vt recon-  
cilietur.  
coniuges.

4.  
Aut. caueat  
qui faciat.

5.  
Et quo  
modo?

Vbi neque  
ad diuorciū  
fatis, neque  
nihil s̄enit  
cum est.

Neque vero tam leuis est appelle-  
lati s̄enitia, quam ille sibi pertua-  
det; ideo quod declarata sit non  
sufficere diuortio. frequentes  
enim rixæ, iurgia, & difficiles mo-  
res, vt muta, tornave plurimum di-  
rum, hebdomadum, mensium  
conuersatio, quibusdam non leui-  
bus authoribus apud Sanches de mat.  
l. 10. d. 18. n. 11. sufficere diuor-  
tio viderur. quod vt h̄c receptum  
non sit omnino; valde tamen ag-  
grauat difficultas coniunctus: si  
& saepius accedunt verbora, &  
pugnæ, contemptus vxoris, præ-  
latio ancillæ, ademptio authorita-  
tis domesticæ, compellatio stulta,  
& vt talis in monasterium in-  
clusio. quamvis enim in actis hæc  
tanquam ex officio facta describa-  
tur, plus valet tamen quod agitur  
quam quod simulatè concipitur.  
nec appellatum acta quamvis sic  
concepta, dum verē non fatis iusta  
causa subfrui, omnimodo excusa-  
fiant. c. 3. & tot. tit. X. de collusione  
derez.

Animaduertendum est porr̄d ap-  
pellatum in prima instantia res-  
pondentem non sumpsiſe contra-  
riam conclusionem, nisi ad non  
receptibilitatem diuortij; Judici-  
cem autem ex officio extra con-  
clusionem iudicasse de redinte-  
gratione matrimonij. item in actis  
huius instantiæ 4. Martij 1639. ap-  
pellatam declarasse se ab appella-  
tione recessuram, si appellatus ad

V 3 d. arti-

ad articulum responsionē dederit sibi placentem. quod interpretandum est de placito boni viri: nec vñquam super eo personaliter voluit appellatus comparere, & huiusmodi contentio longa scripta non permittit; aut palam quedam effterri. præsertim cùm appellatus integrum & satius magnum processum formari curauerit, quem ipse isti omnibus instantijs voluit manere secretum, in vim cuius facta est vxoris sequestratio seu inclusio: & ex quo nunc Iudex verbaliter multa habere potest propoundeda, præsertim si & ipse abire saepius illam iussit, & sic possessionem videretur amisisse. l. sequitur. 5. differentia. D. de acquir. poss. cum amicis de illa perpetuo in monasterio includenda tractauerit, & sequestrari impetraverit, nec in lite ad regressum concluserit.

Nec satis à contumacia excusat appellatum, quo minus comparat, generalis responsio ad d. art. quadricat se gesturum in omnibus, vt virum probum, & coniugem decet; dum Iudex coram ad specialia vult descendere, & censere singula, & iniungere singulatim quæ deinceps scrupula fuit; cum promisso securitatis singulari: aduersus omnia quæ supra retulimus.

Proterua est etiam excusatio contumaciæ, quod appellatus iussum ideo Iudicis, iniunctamque comparitionem simultaneam existimet posse contemnere, quod non plus illi possit iubere, quam Christus præscriperit. quid enim ille? viri, inquit per os Apostoli, diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad illas, ad Coloss. 3. & iterum ad Ephef. 5. viri diligite uxores vestras, sicut & Christus ecclesiam; quis ergo Christi fuit amor erga ecclesiam? propter nostram salutem descendit de celis: prior ipse dilexit nos. 1. Ioann. 4. reliqui nonaginta nouem quæsitum abiit ouem vnam, quæ per-

rierat, inuentam sustulit in humeros, & ad caulam deduxit. *Lac. 15.* Matb. 18. igitur ex Christi precepto ea agenda sunt, que subdignitate mariti, spectant ad reintegrandam charitatem, eamque intimam, ac conjugalem; que supereminet, quippe qua viuantur coniuges, & flant vna caro, & velit hic maritus cyclopicum tantum autoritate expectare sponte redeuntem, & in sublimi ipse throno sedere, vt truculentus Afluerus cum virgula, cuius non vocantis mortalis erat acceſsus. *M. si forte,* inquit lib. Esther. 6. *q. Rex auream virgam ad eum extendebat signo clementie, ut posset vincere?* D. Petr. ep. 1. c. 3. viri, inquit, cibabitantes secundum scientiam, notet qui vxorem fultam nominat, quæ si in infirmitate vasculo mulier importunes honorem, quod Malder. in Meditatione theolog. diei 27. de matrimonio, ita dilucidat: subnecit Petrus viri debere adhærere, & cohabitare in amore vxoribus suis, cum magna discretione, & honorare ipsas: vnde quare infirmitas requiratur, ut honore praenatur.

Quid porro dissidentibus præcipit Christus? ut quamvis deuteris liberint munus ad altare, ibi illud latenter omittant, & prius reconciliant fratrem suum. & postea rediens inquit, offeres munus tuum. iubet non expectare, sed ipsum accedere, & reconciliari: nec velit hic maritus in causa matrimoniali, que est personalissima, coram Iudice, vt cum vxore reconcilietur, compare? abhorret ab eius conspectu, nec visu, nec sermone, illam vult dignari? sed caca illam obedientia redire, sub toru oculos, os elingue, thalamum cyclopicum? cum generatim Iudex à grecis dictus sit mesodicos, tanquam medius inter litigantes interloquens, ius dicens, aut concordiam procurans, ex officio suo, de quo diximus in Iud. 1. 1. c. 26. quod, siqua in causa, in matrimoniali summum locum habet.

8. Viri erga uxores fe  
habere de  
bet ut  
Christus erga eccl.  
esiam.

9. Qualiter  
ille?

11.  
Culham  
agnoscere  
ad recon-  
ciliationē  
monendus  
à iudice &  
instru-  
endus.

Quod si neque peccati venia  
datur nisi correctio: c. 5. de reg. iur.  
in 6. legatur, inquit Gelaflus Pa-  
pa 24. q. 2. c. 2. ex quo est religio Chri-  
stiana, vel certe deus exemplum in ec-  
clesia Dei, à quibus licet Pontificibus, ab  
ipso Apostolis, ab ipso denique Salvato-  
re veniam, nisi se corrigenibus, fuisse  
concessam: & cum ut diximus utrumque  
inter hos coniuges peccatum  
sit; & singulariter ab Appellato,  
qui tamen in sua generali respon-  
sione ad d. articulum non tantum  
se quippiam peccasse non dicit;  
sed sponte sub iuramento calum-  
niæ ait, se numquam diuertio  
causam dedisse; adeoque negare  
videtur, vtique ad agnoscendam  
culpæ est instruendus; censura Iu-  
dicis de moribus; & ad emenda-  
tionem monendus. primus autem  
emendationis gradus est culpæ  
agnitione. fine qua propterea non  
speratur facile correctione: & sic nec  
venia danda, nisi agnoscendi &  
promittenti, & inspe correcto.  
Idemque de appellata dicendum:  
& utrisque inculcandum confite-  
mini alterutrum peccata vestra ex D.  
Iacobo c. 5. & honore invicem prae-  
nientes ex D. Paulo ad Roman. c. 12.  
& Appellato illud itidem D. Pau-  
li. Viri diligitte uxores vestras, & Ap-  
pellanti ex D. Petro 1. ep. c. 3. Mu-  
llieres subditæ sint viris suis: denique  
utrisque ex D. Paulo ad Ephes. c. 4.  
supportantes innicem in charitate. hæc  
Christi præcepta sunt; hæc si Ap-  
pellatus satis impleuisset; merito  
dicere posset fibi non plus à Iudi-  
ce imponi posse: cùm non fecerit;  
merito vocatus coram eo adesse,  
censi, & moneri debet.

## RESPONSVUM IV.

*De causis soluendorum spon-  
salium.*

**Q**uod quis sacrilegō dolo sup-  
positi caculæ, in vicem pa-

rochi sacerdotali ueste induiti, de-  
cepit virginem, vt euadat obliga-  
tionem eam ducenti, nunc allega-  
tæ fides fuisse promissiones, chi-  
rographo quamvis & iuramento  
firmatas, altera improbitas est: ad  
atheistum vergens; vt illius;

Iupiter ex alto peruria ridet amanum.

Deus non irridetur. ideoque  
hujusmodi exceptio pro doloso  
nō præsumitur: nihil autem illius,  
prout oportuerat, probavit reus:  
habendum ergo est illius chiro-  
graphum pro vero, & quamvis da-  
retur scriptum esse etiam ad pla-  
cados parentes; verum tamen  
esse, quod in eo narratur, ac præ-  
exitisse, de ducento aëtricem in  
vxorem, promissa; voluisse rem  
conscientiæ sua fatisfacere; iuraf-  
fe matrimoniu[m] se solemnizatu-  
rum; ex causis arcanum haberi ad  
tempus debuisse. Non arbitror, in-  
quit l. labeo. 7. s. Idem Tuber. D.  
de sapient. leg. quemquam dicere  
(minus scribere) quod non sen-  
tit.

Neque potest elui huiusmodi  
iuris præsumptio oblato in con-  
trarium iuramento. c. per tuas. X.  
de probat, quia nimis, inquit, in-  
dignum sit, ut quod quisque sua voce  
dilucide protestatus est, in eundem ca-  
sum proprio valeat testimonio infirma-  
re, vide Menoch. pref. l. 6. p. 35. l. 1.  
q. 22. l. 3. p. 1. n. 36. 37. vnde in c.  
iua nos. X. de sponsal. ubi allegatur  
quis facte despontasse aliquam,  
vt illius copia potiretur, cum  
aliter inducere illam nequius-  
set ad copulam; respondet  
Pontifex; fore pro matrimonio  
præsumendum: nisi tu, inquit, no-  
bis expressè scriptiss, quod ille non pro-  
posuit, nec consensit illam ducere in  
vxorem; quod qualiter tibi constiterit  
non videmus; vidisset autem facile  
Pontifex, si id iuris esset, vt iura-  
mento posset huiusmodi factio  
probari. habent Pontifices enim  
iura in scrinio pectoris. c. 1. de  
conf. in 6.

Duas autem profert reus cau-  
fas

<sup>1.</sup>  
Præsumptio  
est contra  
scribentes.

<sup>2.</sup>  
Que con-  
trario iu-  
ramento  
non elui-  
tur.